atq; negatiuis ita dissentiunt: vt quoquomodo subiecta permutes: vna sepe veritatis: altera sit sepe plena mendacij. Exemplus vero huiusmodi predicati quod subiecto sepe inheret hoc est. omnis homo animal est. homo animal non est: nullus homo animal est: homo animal est. Hic indefinite vi eadem funguntur qua et particularis. huius vero quod nunquam inheret. hoc est. omnis homo lapis est. homo lapis non est. Nullus homo lapis est. homo lapis est. in his quoque indefinite vniuersalibus opposita per vnamquamque oppositionem vnam veram falsam alteras reddiderunt: ite quod suscipere subiecti naturas valeat et possit amittere. Omnis homo iustus est. homo iustus non est. Nullus homo iustus est. homo iustus est. in his etiam indefinite particularibus immutate sunt: que vniuersalibus obiecta per vnamquamque propositionum aduersitates: vni sepe verum: alteri diuisere mendacius. Intererea quoquo modo terminorum exempla ponant si affirmationes affirmationibus negationes negationibus comparem: vniuersalibus vis indefinitarum veritas puenit: vt eum vere sunt. omnem hominem esse animal: et nullum hominem esse lapidem constat. Veritas indefinitis que proponunt: et hominem animal esse: et hominem lapidem non esse. At si vniuersalium falsitas antecedat indefinitarum vel veritas: vel mendacius variabilis. hoc modo. falsa enim est vniuersalis enuntiatio que proponit. omnem hominem esse iustum: sed ea que dicit hominem esse iustum: tenet in humane nature parte veritates. Nam si non habet omnis homo iustitiam cum tamen aliquis habeat: vere dici potest hominem esse iustum. Itaque cum proponit vniuersaliter. Nullus homo iustus est: falsum est. At si id indefinite denegat: a veritate non discrepat. Nam cum sit aliquis homo non iustus: non metietur qui pronunciauerit hominem esse non iustum. Itaque cum sit falsa que vniuersaliter affirmat dicens. omnem hominem esse lapidem: falsa est que idem indefinita enunciatione confirmat dicens hominem esse lapidem. Rursus cum sit falsa negatio per quam proponitur: nullum hominem esse animal: falsa est indefinita negatio que pronunciat hominem non esse animal. Hic quoque particularium similitudo seruata est. Nam in subalternis vna vniuersalitas veritate particularitatis traheretur. falsa vero vniuersalitas nec veritatis nec mendacij necessitates particularibus affereretur. Eadem omnia vniuersalium atque indefinitarum collatione pueniunt. Rursus indefinitas primam falsas consistit: vniuersales quoque necesse est esse mendaces: vt si falsum sit esse hominem iustum: falsum erit omnem hominem esse iustum. quando quidem non capit veritatem: si iustus vel vnus homo non fuerit. Itaque si in definita negatio metietur: vix vniuersalis negatio non habebit: veluti si falsa sit ea que dicit hominem non esse iustum: quando quidem non potest vniuersaliter ab homine denegari: si vel vni hominum probabit adesse iustitia. At si indefinite sententias veritatis optineat: vniuersales tamen veras tamen eueniet esse mendaces: velut cum dicitur mus hominem esse iustum vix est. est enim homo qui iustitia non caret: huius vniuersalis negatio metietur: cum quis dixerit nullum hominem esse iustum. At si id affirmabitur indefinite quod a subiecto diuelli secernique non possit: vera nihilominus erit affirmatiua que proponit omnem hominem esse animal. At si id quod subiecti naturas non recipit proponit indefinita negatio: veluti si dicat hominem lapidem non esse nihil ab eius veritate vniuersalis negatiua differet: vt ea que nullum animal esse proponit. nihil igitur dubium est indefinitas particularibus esse confusiles: eademque vis veritatis ac falsitatis significationibus

obtinere: de quibus sufficenter dictum est. Nunc de singularibus explicem que nihil superioribus similes extant. Ille namque quoniam constituebatur vniuersale subiectum de quo predicatum terminum diceret: idcirco suscipiebant et differentias quantitatis. Nam quod vniuersale est et vniuersaliter et particulariter et indefinite poterit pronuciari. At he que vnum aliquid ponunt singulariter atque indiuidue: differentias quantitatis habere non possunt: atque id sola in eis relinquitur discrepantia qualitatis. que hec quidem affirmatio: illa vero negatio. Sepe igitur inter se affirmatio et negatio singularis verum falsumque distribuunt. Si non cetera impediunt que seorsum in alias atque in alias significationes solent deflectere ac detorquere. Cum vero vnum atque idem predicatum atque subiectum in affirmatione et negatione consistit: vno eodemque sumptum tempore: vno eodemque platum modo: ad vnus atque idem relatum: de vna atque eadem parte oppositum: necesse est ex his vnam sepe esse veram: alteram semper esse falsam. Nam siue equiuocos terminos sumat: siue non ad idem tempus procedat: siue alius vtriusque sit modus: siue ad alias partes vel ad aliquid aliud referant veras vtrasque esse contingit. Age enim equocum terminum sumat affirmatio: dicitur Lato vtice se peremit: negetur negatio: Lato se vtice non peremit. Hic igitur vtrique sunt vere quoniam Lato equocum est. Namque Lato priorius vtice sibi manus itulit: Lato vero ceterius minime. Itaque proponat affirmatiua hoc modo. Nocte lucet. negatio respondeat. nocte non lucet. Hic igitur lucere equocum est. Atque id nihil impedit quo minus vtrique in veritate permaneat. Affirmatio namque cum dicit lucere nocte: lune loquitur lucet. Illa vero cum negat de solis luce significat. Hic igitur equocum predicatum vtrasque verum conseruare permittit. Itaque si quis de Socrate proponat dicens. Socrates sedet. Atque alius neget. Socrates non sedet: vtrique vere esse queunt: si ad diuersa tempora referantur. Non enim nunc quis de Socrate sedere: alio vero tempore non sedere. Rursus si quis humani oculi colorem nigrum esse confirmet: aliusque nigrum non esse contendat: vtrique verum loquentur: si ad singulas oculi partes affirmatio negationes referantur. Nam quod circa orbem est qui medius pupillam tenet: albus est. Ipse vero orbis niger visitur. Rursus si de Socrate inter duos locatos quis dixerit Socrates dexter est: aliusque respondeat Socrates dexter non est: vtrique consistere veritas potest. Ad eum que cum sinistra Socratis est: dexter est. Ad cum vero cuius leuolateris pars Socratis dextra coniungitur: dexter non est. Itaque si quis ouem animal esse constituat: aliusque ouem animal esse neget: vtrique a veritate non dissonant. Namque ouis potestate animal est: actu animal non est: ita igitur inter se singularium subiectorum propositiones verum falsumque distribuunt: vt vnam veritatem necesse sit habere: alteram mendacium. Si neque quod subiectum est neque quod predicatum: aliqua sit equiuocatio confusum ad idem tempus ad easdem partes ad eundem modum: eademque res ad quam affirmatio retulit: ea que proponitur in negatione afferrat: vt si quis de Socrate pronunciet Socrates caluus est: Socrates caluus non est. Si igitur de Socrate eodem affirmatio negatioque proponat. si eandem caluitij significationem affirmatio sumpserit et negatio si eadem vtrique capitis parte loquentur: si vel actum vtrique potestatem significet: si nulla diuersitate temporis erroris ambage. Si si ad aliam affirmatio: ad aliam negatio referat: vna semper veritati coniuncta est retinet semper altera falsitatem. Quoniam de ea conuenientia propositionum: que vtriusque simplicibus terminis eodemque ordine captaret explicui nunc

nunc de ea participatione dicendum est que et utroque terminos et eundem ordinem servat: hoc autem (ut dictum est) tribus contingere modis potest: aut. n. predicatus terminus: aut subiectus terminus: aut uterque cum negatione proponitur. Ac tunc enuntiatio vel ab infinito subiecto: vel ab infinito predicato: vel ab infinitis utrisque consistit. Quoties enim nomini negatio subiungitur: nomen red dicitur infinitum. Atque ideo per oppositionem participatio fieri dicitur. Homini enim simpliciter semper infinitum nomen opponitur: ut homo non homo: animal non animal: et cetera. que cum ita sint disponantur simplices atque ex eorum natura ceteras colligamus. Primum igitur propositionum series describatur ea. scilicet que utrisque iungitur finitis: propositisque simplicibus ita ex infinitis omnibus copularum propositioum ordo iungatur: ut affirmationes affirmationibus: negationes negationibus aduersis frontibus collocentur.

Omnis homo rationalis est. Nullus homo rationalis est. Quidam homo rationalis est. Quidam homo rationalis non est. Omnis non homo non rationalis est. Nullus non homo non rationalis est. Quidam non homo non rationalis est. Quidam non homo non rationalis non est.

Omnis homo grammaticus est. Nullus homo grammaticus est. Quidam homo grammaticus est. Quidam homo grammaticus non est. Omnis non homo non grammaticus est. Nullus non homo non grammaticus est. Quidam non homo non grammaticus est. Quidam non homo non grammaticus non est.

Omnis homo lapis est. Nullus homo lapis est. Quidam homo lapis est. Quidam homo lapis non est. Omnis non homo non lapis est. Nullus non homo non lapis est. Quidam non homo non lapis est. Quidam non homo non lapis non est.

Omnis homo iustus est. Nullus homo iustus est. Quidam homo iustus est. Quidam homo iustus non est. Omnis non homo non iustus est. Nullus non homo non iustus est. Quidam non homo non iustus est. Quidam non homo non iustus non est.

Omnis homo risibilis est. Nullus homo risibilis est. Quidam homo risibilis est. Quidam homo risibilis non est. Omnis non homo non risibilis est. Nullus non homo non risibilis est. Quidam non homo non risibilis est. Quidam non homo non risibilis non est.

Harum igitur talis est consonantia falsitate vel veritate proprietate ut affirmationes quidem inter se universales particularesque negationes vel in veritate: vel in mendatio consistere queant: vel vterque inter se falsitasque dividere. Si quid enim de subiecto tale predicet quod vel subiecto nequeat segregari: ut ab homine rationalitas: vel a subiecto quod recedere queat sed subiecti naturam si possit equare: ut hominis grammaticus: vna veram alteram falsam esse pueniet. Nam qui dicit omnis homo rationalis est verum loquitur: et qui dixerit. omnis non homo non rationalis est: mentietur. Divine namque substantie: rationis quidem compotes sunt: sed homines non sunt. Item si quis pronunciet. omnis homo grammaticus est falsum dixerit. At qui proponit omnis non homo non grammaticus est: verum dixerit. Nam quod homo non est grammaticus esse non potest. At si id de subiecto predicet: quod vniuersi subiecto valeat convenire: ut lapis homini: vniuersi ab eo posse abscedere cum sit maius atque vniuersalius subiecto ut iustitia homini: simul utrisque falsitas puenit. Nam si quis dicit omnis homo lapis est falsa fecerit propositionem. Eodem quoque modo quod dixerit. omnis non homo non lapis est: cum scilicet homo non sit: sed lapis. Item propositio

omnis homo iustus est falsa est: cuius sequitur falsitate omnis non homo non iustus est. Nam diuina substantia adest semper iustitia: cum non sit humanitas. At si quod tale de subiecto predicet quod et semper ei copuletur: neque tamen subiectum possit excedere: ut risibile homini: utriusque sententia in significandi veritate concurrunt: omnis homo risibilis est vera est: omnis non homo non risibilis est: hec retinet veritatem. Nam quod risibile hominis proprium est recte dicitur non esse risibile quicquid homo non fuerit. Eadem omnia in particulari negatione redduntur. Nam siue que sunt maiora subiecto atque ab eo discedere nequeunt: ut rationalitas ab homine: vel que discedunt quidem sed sunt minora subiecto: ut grammaticus homini: de subiecto predicetur: vna vera altera falsa faciunt. Nam qui dicit quidam homo rationalis non est: falsum proposuit: quod vero respondet: quod non homo non rationalis non est: verum loquitur. Diuina quippe substantia non est quidam homo: sed carere non potest humane ratione nature. Item quidam homo grammaticus non est vera est: sed falsa est si dicam: quod non homo non grammaticus non est. Cum illud sit verius quoniam qui homo non fuerit non potest esse grammaticus. At si que vel nunquam de subiecto possunt vere predicari: ut lapis de homine: vel predicatur quod dem et sunt maiora subiecto: sed ab eo discedere separarique patiuntur: ut iustitia ab homine: veras partem utrasque conseruat. Nam qui dicit: quidam homo lapis non est verum dixerit. At si quis respondeat: quod non homo non lapis non est: is quoque verum dixerit: si quidem de silice vel de busiusmodi ceteris velit intelligi: quod cum non sint homines non lapides non sunt. Item quidam homo iustus non est propositio veritatem tenet. Sed ne illa quidem falsa est que proponit quod non hominem non iustum non esse: hoc enim ut dictum est diuina substantia iustitiam tenent: ut iustitia teneant que ab hominis diffinitione sancte sunt. Item si id quod abesse non potest et sit equale subiecto de eodem subiecto predicetur: ut risibile homini incurrit utrisque mendacium. Nam quidam homo risibilis non est: falsa est: cuius falsitati sese emulata prestat que proponit: quod non homo non risibile non est: quasi qui homo non sit possit esse risibilis. Ita igitur quod in affirmationibus vniuersalibus et particularibus negatiuis veritas falsitasque et si mul aliquoties inuenitur et iter utrasque diuidit. Negationes vero vniuersales et particulares affirmationes non simili respondet modo. Sed negationes quod vniuersales vna verum dicere alteram falsam: simul utrasque falsas esse possibile est. Simul autem veras nunquam esse contingit. Nam si id quod adesse subiecto non potest predicet ut lapis homini: vna vera faciunt altera falsa: ut est. Nullus homo lapis est vera est: falsa est que proponit nullus non homo non lapis est. Omnia quippe animalia propter homines ita si sunt lapides sicut ab hominibus nam sancta sunt. quicquid vero aliud de subiecto predicet: neutri consistere veritas potest: ut si quis proponat. Nullus homo rationalis est falsum dixerit. Aliusque respondeat: nullus non homo non rationalis est: hac quoque conuincit rationem mentiri: equus quippe non homo est: nec enim quis dixerit rationem esse participem: ut autem simul vere sint nullus potest terminus approbare. Particulares autem affirmationes in differentiis veritatis falsitatisque discedunt: quoties aliqd tale de subiecto dicitur quod nunquam possit adesse subiecto: ut lapis. nam si quis enunciet quidam homo lapis est: falsa propositio est. At si quis respondeat. quidam non homo non lapis est tenet contrariam veritatem: equus quippe non homo est nec lapis esse dicitur: quicquid vero aliud de subiecto predicabitur: est eas in veritatis significationem conuenire: ut quidam homo rationalis est vera est: quod non



# Liber.

homo nō rationalis est huic quoq; vitas cōstat: equ<sup>9</sup> quippe non hō est nec ratione subsistit: vt vō simul false sint: nullis reperiet exēplis. Ad hūc igit modū 7 de ceteris que vel subiectū v<sup>l</sup> p̄dicatum retinet infi nitū: ad vitatis falsitatisq; cōsensuz enunciationum propetas cōsiderāda est: de quib<sup>9</sup> modo breuiter qd eueniat tetigisse sufficiat. singula vō lectoris explorā da diligētie 7 p̄ cōuenientes terminos rimāda p̄mit tim<sup>9</sup>. disponantur igit p̄positiōes que ex vtriusq; sim plicibus terminis constant: easq; quaruz subiectum tantum abnuatur: ex aduersa parte respiciant.

### Simplices.

### Ex subiectis infinitis.

Omnis hō rōnalis est	Omnis nō hō rōnalis est
Nullus hō rōnalis ē	Nullus nō hō rōnalis est
Quidam hō rōnalis ē	Quidā nō hō rōnalis est
Quidā hō rōnalis nō ē	Quidā nō hō rōnalis n̄ ē

Omnis hō risibilis est	Omnis nō hō risibilis est
Nullus hō risibilis est	Nullus non hō risibilis ē
Quidā hō risibilis est	Quidā nō hō risibilis est
Quidē hō risibilis nō ē	Quidā nō hō risibilis n̄ ē

Omnis homo iustus ē	Omnis non hō iustus est
Nullus homo iustus est	Nullus non hō iustus est
Quidā homo iustus est	Quidā non hō iustus est
Quidā homo iustus n̄ ē	Quidā n̄ hō iustus non ē

Omnis hō grāmatic <sup>9</sup> ē	Omnis n̄ hō grāmatic <sup>9</sup> ē
Nullus hō grāmatic <sup>9</sup> ē	Nullus n̄ hō grāmatic <sup>9</sup> ē
Quidā hō grāmatic <sup>9</sup> ē	Quidā n̄ hō grāmatic <sup>9</sup> ē
Quidā hō grāmatic <sup>9</sup> n̄ ē	Quidā n̄ hō grāmatic <sup>9</sup> n̄ ē

Omnis homo lapis est	Omnis non homo lapis ē
Nullus homo lapis est	Nullus nō homo lapis ē
Quidaz homo lapis est	Quidam non hō lapis est
Quidam hō lapis non ē	Quidā nō homo lapis n̄ ē

**C**In baruz igitur affirmationibus quidez vniuersali bus veritas 7 falsitas distribuit: si qd tale de subie cto p̄dicet quod abesse nō possit: siue illud maius sit vt aīal hoīe: siue equale vt risibile hoī. In his enim vnam verā alterā falsā eē necesse est quicquid vō p̄ ter ea fuerit p̄dicatū vnā sepe vitas: alteram semp falsitas sequet: vt autē simul v̄e sint neq; ostēdi par ticulariā vō in affirmationibus quidez siquidem ea predicent que valeāt trāsire subiectū: siue ab eo sepa rari nequeūt: vt aīal ab hoīe: seu possint: vt iustitia ab hoīe: loquitur vtraq; vera sētētia. quicquid vero preter ea fuerit p̄dicatū: vnā veritas alterā falsitas tenet. false vero simul nequeūt iueniri. Allegationes vero p̄ticulares siqdē id p̄dicet quod a subiecto non possit abscedere: siue illud mai<sup>9</sup> sit vt rōnale homine seu eāle: vt risibile homini: vni cōstabit vitas altera mentietur. Si quid vero preter ea fuerit predicatus: veras sepe vtraq; cōstat: vt i eas cōmunis falsitas nunq; possit incidere. **C**Item disponantur in ordi nem p̄num quidem simplices: bas e regione respici ant que subiecto simplici denegantur predicato.

### Simplices.

### Ex infinito predicato.

Omnis homo lapis est	Omnis homo non lapis ē
Nullus homo lapis est	Nullus homo non lapis ē

Quidam homo lapis est	Quidam hō non lapis est
Quidam homo lapis n̄ ē	Quidā hō non lapis nō ē

Omnis homo animal ē	Omnis homo non aīal est
Nullus homo animal est	Nullus homo non aīal ē
Quidam homo aīal est	Quidā homo non aīal est
Quidam homo aīal nō ē	Quidam hō non aīal n̄ ē

Omnis homo risibilis ē	Omnis hō nō risibilis est
Nullus homo risibilis ē	Null <sup>9</sup> homo nō risibilis ē
Quidā homo risibilis ē	Quidā hō non risibilis ē
Quidam hō risibilis n̄ ē	Quidaz hō n̄ risibilis n̄ ē

Omnis homo iustus est	Omnis hō non iustus est
Nullus homo iustus est	Nullus homo non iust <sup>9</sup> ē
Quidā homo iustus est	Quidā homo nō iustus ē
Quidā hō iustus non ē	Quidā hō non iustus n̄ ē

Omnis hō grāmatic <sup>9</sup> ē	Omnis hō n̄ grāmatic <sup>9</sup> ē
Nullus hō grāmatic <sup>9</sup> ē	Nullus hō n̄ grāmatic <sup>9</sup> ē
Quidā hō grāmatic <sup>9</sup> ē	Quidā hō n̄ grāmatic <sup>9</sup> ē
Quidā hō grāmatic <sup>9</sup> n̄ ē	Quidā hō n̄ grāmatic <sup>9</sup> n̄ ē

**C**Harum igitur affirmationes vniuersales: siquidez predicent quod subiecto nequeat conuenire: vt lapis homini: vel a subiecto cuz sit equale vel sit maius nō possit abscedere: vt animal vel risibile ab hoīe: vnaz semper necesse est veritatem alteram proferre men daciū: quicquid vero preter ea fuerit predicatum vtriusq; falsitas inuenitur: vt ad veritatem conuenire non possint. Allegationes vero vniuersales si qdē id s subiecto predicent qd subiecto adesse possit 7 abesse: ita vt excedat vt virtus hominem: vel id quod adesse quidem queat sed non possit adquare subiectum vt grāmaticus hominem: vtrez in falsitate cōmunicat quicquid vero aliud fuerit predicatum: vnaz veritas alteram falsitas consequetur: vt autē simul vere sint nequit ostendi. **P**articularem vero affirmationes quidem simul vere sunt si id qd vel adesse possit vel abesse predicetur: siue illud maius sit vt iustitia hoī mine: seu minus vt grāmaticus ab homine. Si quid vero aliud fuerit predicatum veritas in eas ac falsi tas distribuitur: ita vt nunq; cōmunem cōsonent fal sitatem. **P**articularem quoq; negatiue in similib<sup>9</sup> ter minis veritate concordant. Nam si quod adesse vel abesse potest siue illud maius sit: vt iustus ab homie: siue minus vt grāmaticus ab hoīe de subiecto predi cetur veritas vtriusq; constabit. In alijs vero cunctis predicationib<sup>9</sup> vni veritas alteri falsitas cedit. Nunq; tamen vtrez in prodenda falsitate consentient. **P**re ter banc autem inter se conuenientiam propositionū habent aliquid be proprium que predicatum adiecta negatione pronunciant quod ceteris inesse non possit. Affirmatiōes nāq; negationibus negatiōesq; af firmationibus quarum vniuersalis ē p̄positio. Itēq; particulares affirmatiōes negationib<sup>9</sup> negationes af firmationib<sup>9</sup> ita cōueniūt: vt nūquā neq; in falsitate neq; in veritate discordēt. **C**ōuenientium at ordinem seriēq; describim<sup>9</sup>: q̄s si quis in superius posita respe xerit videbit angulariter conuersas.

Ois hō rōnalis ē	Lōueniūt	Null <sup>9</sup> hō n̄ rōnalis ē
Ois hō n̄ rōnalis ē	Lōueniūt	Nullus hō rōnalis ē
Quidā hō n̄ rōal ē	Lōueniūt	Quidā hō rōnalis n̄ ē
Quidā hō rōnalis ē	Lōueniūt	Quidā hō n̄ rōal n̄ ē

**Q**uod

Quod idcirco in his tantū videt euenire q; de eodē subiecto vtrinq; itelligitur ordo oppōere. Illā q̄ dicit omnis homo rōnalis ē de hoīe rōnale p̄dicauit. Itē q̄ proponit: omnis homo non rōnalis ē de eodē hoīe mine rationale sciunt: vt merito simplices affirmaciones negationi cōfētāt. At nō in alijs itelligit idē eē subiectū. Illā r̄ illa q̄ proponit: oēm nō hoīem esse rationale: r̄ illa q̄ enūciat: oēm non hominē esse non risibile: de hoīe non loquuntur: sed quolibet alio qd̄ hominis negatione relinquunt. Atq; id̄ velut extraneae atq; a semet aliene nec ī veritate possidēt aliquā nec in falsitate concordiam. Indefinitas autem propositiones qm̄ particularibus similes esse monstrauimus adiungendas supioribus nō putauim. Idē. n. indefinitis necesse ē euenire qd̄ p̄ticularib; solet icurrere.

Expeditis igitur his propositionibus que ex vtrifq; cōmunicāt terminis atq; eodē ordine collocatis. Illūc eā p̄positionum cōueniētā vel participationē loquamur que in vtrifq; quidē terminis conuenientia: sed ordinis cōmutatione consistunt: cuius disceptationis hic finis est de p̄positionū cōuersione docuisse: quid enī ē aliud p̄pōnes mutato ordine cōuenire vtrifq; terminis nisi p̄pōnes cōuerti. Cōuerti autē vel sibi v̄l alijs p̄pōnes dicuntur quotiēs mutato ordine terminorū idēst qd̄ subiectū fuerat p̄dicato: r̄ qd̄ p̄dicabatur ante: subiecto veritatē simul obtinet v̄l falsitatē. De quibus plenissime hic disputādi sumem; exordiu; quorū p̄pōnes eē p̄dicim; q̄ hēant differētias q̄ titatum r̄ vtrifq; terminis absq; ordinis p̄mutatiōe participant. De vō sunt affirmatio vniuersalis: negatio vniuersalis: affirmatio p̄ticularis: negatio p̄ticularis. Harum igitur particularis affirmatio particulariter quidē sibi ipsa conuertitur: vniuersali autē affirmationi per accidēs: r̄ rursus vniuersalis negatio loco p̄cipe sui recipit cōuersionē: ad particularē vero negationē p̄ accidēs cōuerti pōt. Affirmationis vero vniuersalis ad seipsā p̄petua nō pōt eē cōuersione: ad particularē vō affirmationē p̄ accidēs pōt. Nec vō negationis p̄ticularis ad seipsā p̄ncipaliter stabilis ac firma cōuersione ē. Sed negatiōi vniuersali secundo loco atq; accidētaliter. Que oīa facili; declarātur exēplis. Affirmatio enī p̄ticularis vt ea q̄ proponit. Quidā hō alb; ē. facile sibi ipsa cōuertit: si dicam;. Quidā albū hō ē: atq; ī vtrifq; simul veritas cōstat. At si q; p̄ponat. Quendā hoīem eē lapidē: eāq; cōuertat dicens. Quēdam lapidē esse hominē: mansit in vtrifq; mendacium. Hoc igitur modo affirmatio p̄ticularis sui recipit cōuersionē. Itē negatio vniuersalis cōuerti potest: vt si q; enūciat nullū hoīem eē lapidē: eandēq; cōuersis terminis dicat nullū lapidē esse hominē. simul v̄tatem tuentur. At si quis dicat. nullū hominē esse animal: atq; eandē sub terminorū cōuersione p̄ponat dicens. nullū animal esse hominē: neutra suarū perdidit falsitates. Hoc igitur modo vniuersalis quoq; negatio sibi ipsa cōuertitur: vniuersalis vero affirmatio nō tenet p̄petuā cōuersionē: q̄uis enī quotiēs de speciebus p̄pria p̄dicatur: cōuertit vniuersales affirmatiōes q̄ant vt si quis dicat. Oīs hō risibile ē: poterit terminorū ordinē p̄mutare. Oēs risibile eē hominē: tamē non ē hec equalis atq; lōnnibus terminis fida cōuersione: quid enim cū quis ita p̄ponit. Omnis homo animal ē: nunquid cōuertere vere potest: vt omne animal hominē eē pronunciet. Quare cum aliquotiēs vniuersalis affirmatio cōuersa propria nō teneat veritatē: dicitur cōuersionis natura

turam nō posse suscipere. Negatio quoq; p̄ticularis iterdū videtur posse cōuerti: veluti si q; enūciat quēdā hominē lapidē nō eē verum loquatur cū dixerit quēdā lapidē hominē nō eē: sed ē instabilis r̄ incerta cōuersione: nā cū quidā homo gr̄maticus non sit: falsū ē dicere quēdā gr̄maticū hominē non eē: Ita igitur hec quoq; cōuersione p̄tinet a sua veritate de finit. Superius igitur p̄positarum quatuor enunciationsū due quidē oppositae. i. particularis affirmatio r̄ vniuersalis negatio cōuersionē sui firmā p̄petuāq; suscipiūt. Due vero oppositae. i. affirmatio v̄l negatio particularis cōuersionis nō tenēt firmitatem: s; q̄ vniuersalis affirmatio que ī sui cōuersione videatur instabilis si vera ē particularē quoq; affirmatiōnē verā eē necesse ē. Si autē particularis affirmatio cōuersa nō amittit p̄pria veritatē: vniuersalis quoq; affirmatio cōuersa p̄ticulari affirmationi eādē v̄tate sonabit: velut his exēplis probabitur. Si q; n. p̄ponat oēm hoīem eē animal: verū dixerit: huius subalterna particularis affirmatio quēdā hoīem eē animal: ea quoq; vera ē: qm̄ vniuersalis affirmatiōis veritas antecessit. Sed eadē cōuerti sibi verissime potest dicitur enī quoddā animal eē hominē. Quo circa affirmatio vniuersalis que proponit omnē hominē eē animal r̄ cōuersa p̄ticularis affirmatio que p̄nūciat quēdā animal eē hominē vtrifq; simul a veritatis significatione nō desinūt. Ita igitur vniuersalis affirmatio q̄ sui cōuersionē p̄petuā ferre nō poterat p̄ accidens p̄ticulari affirmationi cōuersa ē. Idē accidens autē ideo qm̄ p̄ticularis affirmatio p̄ncipale sibi ipsa loco cōuertit: cōuersione autē p̄ticulari affirmatiōi v̄l affirmatio eandē retinet in veritate suā. Eadē ideo est etiam vniuersalis negatiōis: que qm̄ ipsa p̄ncipaliter conuertit pōt: cōuersaq; negationi vniuersali illa que subalterna est eādē veritatis refert suā. Idē particularis negatio cōuersa ad veritatis significationem poterit cōuenire: vt si q; nullū hoīem eē lapidē confirmet r̄ huius cōuersione ē nullū lapidē eē hoīem: q̄ cum vera precedat: subalterne particularis negatiue p̄ficiat v̄tate: ea vero ē quidā lapis homo nō ē: que comparata vniuersali negationi que dicit nullū hoīem eē lapidē: q̄uis terminis tam similis veritate p̄ponitur. Igitur p̄ticularis negatio que sibi ipsa cōuertit nō poterit vniuersali negatiōe p̄ accidēs cōuerti pōt. Idē accidēs autē idcirco qm̄ vniuersalis negatio in seipsā p̄iore loco cōuertit pōt. Idē cōuersionē autē sui cum particulari negatione similē veritatis videt obtinere sētētiam. Itaq; cōcludēdū ē particularē quoq; affirmationē vniuersalēq; negationē cōuersionē sui firmā ac stabilē custodire. Affirmatiōnē autē vniuersalem p̄ticularēq; negationē ī cōuertēdo firmas esse non posse: sed hanc affirmationi particulari: illaz vō vniuersali negationi p̄ accidēs posse cōuerti. Restat nūc de ea propositionū cōueniētā vel participatiōe differere ī qua vtrifq; terminorū ordine p̄mutato vni vel vtrifq; eorū negatiuū copulatur aduerbiū. Atq; in his enūciationibus cōuerti termini per oppositiōes dicuntur: vniūsq; enī terminorū negatione p̄posita terminis simpliciter p̄nūciatis videtur oppositus. Huius vō p̄ticipationis ē triplex modus: aut enī p̄dicato tñ termino negatio iungit: aut subiecto: aut vtrifq; termini denegāt. p̄mū igit supposita descriptiōe p̄dāt exēpla. Idē at quēadmodū se h̄bit ad veritatis falsitatisue cōfēsū cōsequētis ordine disputatur. Ad p̄mū quidē de hac differem; cui; subiectus

predicatus negat. Post vero cuius subjectum solum potestremo cuius quod predicatus terminus cum negatione profert. Atque earum quod naturam atque ordinem ex simplicibus informabimur. Simples autem in quantitatum differentijs constitutas quattuor esse monstrauimus. Sit igitur prima quidem affirmatio vniuersalis que proponat omnes homines esse animalia: aduersum hanc collocet affirmatio vniuersalis que non solum conuersis terminis enunciet verum in vno quoque termino negatiuum aduerbijs habeat adiunctum hoc modo. Oportet non animal non homo est. Rursus proponat vniuersalis negatio ea que est nullus homo animal est: huic aduersum teneat locum vniuersalis negatio terminis cum negatione conuersis. i. nullus non animal non homo est. Item sit particularis affirmatio simplex. Quidam homo animal est: huic terminus atque ex aduerso referat particularis affirmatio: que permutatis in ordinem terminis negationes vtriusque gestet oppositas: vt est. Quidam non animal non homo est. Item sit particularis simplex negatio que proponat. Quidam homines animal non esse: hanc ex aduerso respiciat particularis negatio: que permutatis ad ordinem terminis aduerbijs negationis adiecerit: vt est. Quidam non animal non homo non est

Simplices.

Conuerse vtriusque infinitis.

Omnis homo animal est	Oportet non animal non homo est
Nullus homo animal est	Nullum non animal non homo est
Quidam homo animal est	Quidam non animal non homo est
Quidam homo animal non est	Quidam non animal si homo si est

Sed quamquam huiusmodi participationis plures esse differentias nouerimus ad instructionem tamen categoricorum syllogismorum de hac tantum proposuisse sufficiat. quarum quidem propositio pars ex simplicibus nominibus constat: pars vero ex infinitis. Nam propositio vniuersalis: que est: omnis homo animal est: ex vtriusque nominibus finitis constat. Namque homo et animal finita nomina esse manifestum est. Ea vero affirmatio que proponit: omne non animal non hominem esse in finitorum terminorum positione coniuncta est. Non animal enim et non homo nomina esse infinita in nominis definitione predicimus: que quidem sese ad veritatis falsitatis ueritatem sic habent: vt. n. negationibus adiunctis infinita nomina simplicibus opponuntur: ita est conuersio propositio. Quod tingit quod paulo ante in simplicibus habebat. In illis. n. affirmatio vniuersalis particularisque negatio conuersionem stabilem si tenebat. Affirmatio autem particularis atque vniuersalis negatio conuersa certissime tenebat vt in veritate vt in falsitate consensit. Hic oportet diuersum esse. Vniuersalis namque affirmatio: et particularis negatio pro oppositione sibi ipsa conuertitur. vniuersalis autem negatio et particularis affirmatio non est ad veritatis falsitatis consensum fida conuersio. At primum de vniuersali affirmatione tractemus quod cum in simplicibus vera sit veritate quoque pro oppositione conuersa custodit: vt ea que dicit oportet hominem esse animal vera est: atque illi pro oppositione conuertitur. i. oportet non animal non homo esse: ea quoque vera esse necessesse est. Pro oppositione autem huiusmodi sententia est quod non est homo quod animal non est: quod verum esse nullus ignorat. Item si sit falsa vniuersalis affirmatio in simplicibus terminis constituta: falsa quoque ei pro oppositione probabit esse conuersio: nam cum dicimus. Omnis lapis animal est falsa est: atque illi pro oppositione conuertitur. i. oportet non animal non lapis esse: ea quoque falsa esse necessesse est. Id. n. ex tali enunciatione sentit: quod quod animal non fuerit id lapis non est: quod aptissime falsum est: cum lapis ipse animal non sit: quod si vniuersalis affirmatio terminorum op-

positio conuersa sibi in veritate conuertitur et in falsitate non est dubium quod vltima simplex affirmatio stabili pro oppositione conuersio monstrat. Idem de simplici est particulari negatione dicemus. Nam cum hec falsa est vt ea que dicit. Quidam homo animal si est: illa quoque falsitate tenebit que huic terminorum oppositione conuertitur: vt ea que proponit. Quod dicitur non animal non homo non est. Id. n. ex hac enunciatione colligitur quod res que non sit animal sit homo. Et tamen hoc est esse hominem quod non est non hominem. At si vera sit negatio particularis ex simplici terminis iuncta: vt est quod lapis animal non est: non deerit veritas cum terminorum oppositione conuersa que proponit. Quod dicitur non animal non lapis non est. Id. n. conuersio ita significat quod res quod animal non sit lapis sit: hoc est enim esse lapidem quod non est non lapidem: quod si particularis simplex negatio pro oppositione proprie conuertitur et in veritate et in falsitate significat conuertitur non est dubium particulari simplici negatione certo sibi ac stabili modo pro oppositione terminorum posse conuertitur. In negatione vero vniuersali non est perpetua neque fida conuersio. Quod quod fallere poterit si quis ad solam respiciat conuenientiam falsitatis. Nam cum sit falsa simplex vltima negatio que proponit nullum hominem esse animal: falsa est que ei pro oppositione conuertitur vt est nullum non animal non homo est. Id. n. ex hac propositio monstrat quod oportet quod animal non est: id homo est: homines esse significat quod animal non sit que proponit nullum esse non hominem que animal non sit. Sed hic in falsitate consensus ad veritatem usque non peruenit. Age. n. sit vera simplex vltima negatio: nullus homo lapis est: non vera potest esse nullum non lapis non homo est. Id. namque designat ista conuersio quod quod lapis non fuerit id homo est: homines namque esse designat quod lapis non sit: quod nunciat nullum esse non hominem quod lapis non est: quod aptissime falsum est: quoduis. n. multa profert que cum lapides non sint: tamen ab hominum natura seuncta sunt: vt equus arbor atque alia plurima. Si igitur negatio vniuersalis pro oppositione prope conuersionem in falsitate quod conuenit nec tamen in veritate consistit: recte pronuntiatur conuersionem perpetuam atque equabilem non habere. Eadem quoque ratio est in affirmatione simplici particulari. Nam in hoc quoque sepe error oppredat: vt certe propositio conuersiones putentur: si quis non ad falsitatis quoque sed ad solam conuenientiam veritatis aspiciat. Nam cum affirmatio simplex particularis vera sit: vt est quidam homo animal est. si huius termini cum oppositione conuertatur fiatque propositio. Quod dicitur non animal non homo est: a veritate non discrepat. Quid enim aliud enunciatio ista designat quam esse rem aliquam que cum animal non sit ne homo quod sit: vt lapis simul et animal et hominis natura deficit. Sed hic in falsitate consensus ad falsitatem usque non tendit. Quid enim si sit falsa simplex affirmatio particularis: vt est: quidam homo lapis est non erit ei pro oppositione falsa conuersio: quod dicitur non lapis non homo est. At que hec firma veritate consistit. id. n. ex hac propositione datur intelligi: quod sit quod dicitur quod cum lapis non sit ne homo quod sit: vt equus arbor: que neque homines neque lapidis diffinitione clauduntur: quod si particularis affirmatio dum pro oppositione conuertitur in veritate quod tenet se cum ipsa concordia. In falsitate autem sibi in ipsa differt sit rectum est pronuntiare quod termini negatione coniuncta conuersionem firmam stabilemque non teneat. Quare cum in simplicibus ac propter oppositionem conuersionibus vniuersalis quod negatio particularisque affirmatio perpetua fidaque terminorum permutatio vertatur. Affirmatio vero vniuersalis particularisque negatio minime dum pro terminorum oppositionem simplex propositio sibi ipsa conuertitur omnia (vt dictum est) aduersa ratione contingunt: vltima namque affirmatio et particularis negatio firmam negata partium retinent

retinet conuersione. vltis aut negatio in falsitate qdē recte sibiipsa cōuertit. In veritate aut sibiipsa discor dat. Particularis at affirmatio in veritate qdē sibi conuenit h in falsitate dissentit. Similis aut ptempla tio est in his q̄ uerso ordine terminorū pdicato tm̄ vel subo sibi copulant negationē: in qb̄ vt in supiori bus quoqz fecim̄ ppositionū tm̄ ordinē describem̄ z qd̄ eueiat sub breuitate mōstrabim̄. Perquirēda atqz eramināda singula lectoris diligētie derelinquē tes. Descriptz ergo simplicib̄ ex aduersa pte q̄ uer so ordie pdicatū cū negatiōe pronūciāt conferantur

Simplices Lōuerse de pdicato infinito

Table with 2 columns: Left column contains affirmations (e.g., 'Omnis homo animal est'), right column contains their negations (e.g., 'Omne nō animal hō est').

Harū igitur in affirmationibus quidem vltibus si ea de subiecto predicentur que z adesse z abesse contin gant: siue illud subiecto mai' sit vt iustitia hoīe: siue min' vt grāmatic' hoīe: vel si ea que omnino adesse non possūt. vt lapis homini sit semper falsas esse nes cesse est. Si qd̄ vō preter hec fuerit pdicatū vnā ve ram: falsam alterā esse proueniet: nūqz vō vtriqz ve ritas consonabit. in negationibus vō vltibus si quidē ea de subiecto predicent' que a subiecto valeāt segre gari: siue illa maiora sint: vt iustitia hoīe: siue mīora vt eodē hoīe grāmaticus vtriqz aderit falsa senten tia. Quicquid vō reliquorū fuerit pdicatū vni vez alteri faciet adesse mēdatiū. Illunqz vō in his cōcoris veritas inuenit. In particularib' vō affirmationib' siquidē ea predicentur que cū separari possint tm̄ vel maiora sunt vt iustus hoīe vel minora vt grāmatic' hoīe cōmunis affirmatiōes vritas obtinebit. Alia vō quelibet predicatio vnā verā alteram semp faciet eē mendacem: sed nunqz cōmuniter mentient. In nega tionibus vō particularib' hic mod' est: vt siue ea q̄ adesse nō possunt vt lapis hoīs siue que possūt ac po terunt segregari cū tm̄ eorū aliud maius sit: vt iusti tia hoīe: aliud minus vt grāmaticus hoīe vdicentur veritas vtriqz cōstabit. Quicqd̄ vō absqz his predi cabitur veritatē vni: alteri diuidet falsitatē: sit tm̄ fal sas esse non euenit. Itē descriptio supponat q̄ prio

re pte simplicibus collocatis eas q̄ uerso ordie sub iectus cū negatione pponūt cōtraria frōte cōstituat

Simplices Lōuerse ea. subo. infinito

Table with 2 columns: Left column contains affirmations (e.g., 'Omnis homo animal ē'), right column contains their negations (e.g., 'Omne animal non homo ē').

Superius igitur descriptarū enunciationuz affirma tiones quidem vltis si ea de subiecto predicentur que ab eo nunqz valeant amoueri: siue illud maius sit vt aīal homie: seu equale vt risibile homini: seu tale qd̄ subiecto nullo mō possit obtingere vt lapis hoī vni veritatē dispertiet alteri falsitatē. At si qd̄ absqz his predicabitur vtrasqz falsitas obinebit. Cōmuni at p positionū veritati locus eē nō poterit. At in negatio nibus siquidē vltia z maiora predicētur: seu ea que re linquere subiectum nequeant vt animal hominē: seu que possint vt iustitia hoīez: vtriqz falsitas iberebit Alia quelibet predicamenta vnā verā faciunt alterā falsam: ita vt cōmunis vtrez veritatis nō possint eē participes: at in particularibus affirmationibus qdē siquidem maiora de subiecto predicentur q̄ vel nū qz subiecti coniunctione discedāt vt aīal hoīe: vel eē segregentur vt iustitia ab hoīe: respōdebit vtraqz ve ritatē cetera vō predicationes veritatem ppositio nibus falsitatē ue distribuunt in cōmune participāti bus falsitatē. Particulares vō negationes siquidē ea pdicēt q̄ possint a subo separari: siue illud mai' sit vt iustitia hoīe: seu min' vt grāmatic' hoīe: vās vtraf qz eē necesse est. Si quid vō extra predicabit vni opz verum alteri adesse mendaciū: vt simul false neqāt i neniri. Atqz hec quidē de his propositiōib' que euz determinatione proferūtur dicta sūt. que vō sdefinite sunt: qm̄ particularium proprietatibus adequantur eadem omnia comparate vniuersalib' obtinebūt: q̄ i superiore descriptione particulariū ppositionū ordo seruanit. Restarent subiectozum singulariū ppositio nes: de quibus qm̄ z longū est dicere z nihil ad opis propositi affert vtilitatem z sibiipse exemplo earū qe superius proposuimus casdē lector inueniet pretereū dum videtur. Explicet.